Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

tionis ad resistendum et fortiter pugnandum, in exercitu Welfonis fuit talis: Hye Welff. Unde Friderius (Dux Suevia Conradi Regis frater) ad confusionem Welfonis praecepit clamari in exercitu suo: Hye Giebelingen. Est autem Gibelinga villa Augustensis diœcesis, sita in montibus dictis auf dem Herfeld, infra castrum dictum Hochburg et oppidum Nerersheim, in qua villa nutrix ipsum Friderium infantulum lactaverat. — Italici autem, Galici, Lombardi et Siculi (Papa enim Innocentius et Hagerius Siciliæ Rex a parte Welfonis steterant) non intelligentes, quid esset: Hye Welff, et Hye Giebelingen; quaesierunt sibi exponi. Quibus declaratum fuit, quod Papales significarentur per Welff, et Imperiales per Giebelingen. Unde usque adhuc per orbem totum ab illo eventu Papæ adherentes vocantur Guelfi, et Imperio adherentes vocantur Gibelini. Vid. Struvius Corp. Histor. Germ. in Conrado III.

20) Struvius Corp. Hist. Germ. in Conrado IV, e Monacho Paduano l. 3; Collenutio l. 4; Parisii ad an. 1268, ac Stapharina l. 4 Alberto Argentinensi f. 38, aliisque. Ptolomaeus Lucensis Annal. ad an. 1268: Jordanus: Ricordanus Hist. Flor. c. 192: Nangius in vita S. Ludovici, ~~et~~ apud Raynaldum Annal. eul. ad an. 1268. ubi Caroli litera ad Papam, Dat. in Campo Palentino XXIII die aug. XI indict. anno (regni Caroli) IV; multas prelii circumstantias exponunt.

/continuatore

21) Raynaldus Annal. Eul. ad an. 1268 § 30. Item Auctores supra citati.

22) Aeneas Silvius Hist. Friderici III. Collenutius l. 4. Brunner Annal. Boi. l. 14. Gajus noster Chron. Stams. l. 1, c. 1: Vitus in prelio Conradinus fugam arripuit cum Friderico Austriaco, ~~multisque Comitibus, Baronibus et Militum et Equitum non contemnendo~~, per ignotam Italiam, ubi cum ~~tres~~ triduo hac atque illac per sylvas oberrassent, ignari, quo procederent, tandem mala agitante fortuna affigerunt silvam Asturæ; ubi conspicientes naviculam, roganunt piscatorem, ut ipsos ad Senensium aut Pisanorum fines duceret, eam obligaram largam eidem promittentes mercedem. Ceterum cum neque pro ipsis, neque pro se commeatum aut panem haberent, et deesset pecunia quam numerarent, alter eorum annulum digito detraxit, utenum naviculario in Ippido appignoraret, ac panes compararet. Hoc ergo annulo obtaram et pretiosam quam habebat gemmam, proditus est Conradinus, et una cum sociis captus a Carolo Andegavensi, qui regnum Conradino debitum violenta manu detinebat; sanguinis ejus sitientissimus. Eadem narrant Lipsius in Exempl. polit. et ex eo Bravius, cujus verba sunt: Conradinus etiam fugit cum Friderico Austrio per ignotam Italiam, tegidi et agasonum habitu se occultantes. Sta Astura